

R. Ar. m. 27. Aug. AA



19

Nobiliss^o et Illustri D. D. Constantino Huygeni, Sykecomi Topurab^o,
Lob. Smits S. D. 21.

Momenta, Vir Illustris, quae desultoria vocare libuit, gaudium
mibi non momentarium nec desultorium, sed momentosum attulerunt.

Meminisse potes, febriculam cuius horror me urgebat, tuo ante annos
aliquot alloquio protelatum, te quoque digresso simplici eodem die
accessu fructam: Si enim visitationis nomen aut momentum
tantum potuit, quid non sperem a tanta tot momentorum serie,
nisi quod non domus et fundus, non aris aceruus et aurum, nec
domini praesentia in corpore posset? Quicquid id erit, mihi vel
sano magnopere iucundum est et gratum, absentis contemplari posse
imaginem Huygeni, eiusdemq; seris atq; locis oblectari simul et
erudiri. Sed me quoque clarissimis hae viris, amicisq; permistum
agnosco ventura mitti in scaila. Gratias ergo quas possum
maximas tibi L. M. 12 ago. Nostri vicissim avelli specimen,

sed tibi pridem non uno nomine debitum expectabis, cum Blaeuwius
Batavorum quod caput oppidum absoluerit. Interim vale

Vir Magne et dulci decus memin. Srib: Norwagi XII

Utiles ful. A. X. CIOICXLIV.

Magnetica Cartesii tuo nuper beneficio Zuplaniz
legi: Sed ab illo tempore centuriam vidi meditationum
Mathematico-physicarum, A. 1628 scriptam, recens huc anno
typis editam, Ysaac Beckmanni Dordraceni ~~Reactoris~~ ^{Reactoris} ~~Reactoris~~ ^{Reactoris},
in quibus quae numerum 36, 77, 81 et 83 est, ostendit
non Cartesio ista corpuscula primum in mentem venisse

Hug. 37.

Nobilissimo et Illustri viro
S. D. Constantino Huygenio
Sylvecomii Toparchæ, Celsissimo
Arausponensium Principi a consiliis
secretioribus, Domino suo summe
colendo.

